Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

omnia mirabilia tua. Letabor et exultabo in te psal
nomi tuo altissime. In conuertendo inimicum meum retrorsum:
infirmabuntur et peribunt a facie tua. Quia fecisti iu
dicium meum et causam meam: sedisti super thronum qui iudi
cas iustitiam. Increpasti gentes et periit impius:
nomen eorum delisti in eternum et in seculum seculi. Inimici defe
cerunt framee in finem et ciuitates eorum destruxisti. Periit
memoria eorum cum sonitu: et dominus in eternum permanet.
Parauit in iudicio thronum suum: et ipse iudicabit or
bem terre in equitate iudicabit populos in iustitia. Et factus est dominus
refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribu
latione. Et speerent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non
deliquisti querentes te domine. Psallite domino qui habitat in
sion annunciate inter gentes studia eius. Quoniam requirens
sanguinem eorum recordatus est non est oblitus clamorem pauperum.
Miserere mei domine uide humilitatem meam de inimicis me
is. Qui exaltas me de portis mortis: ut annunciem
omnes laudationes tuas in portis filie sion. Exultabo
in salutari tuo: infixe sunt gentes in interitum que fe
cerunt. In laqueo isto quem absconderunt: comprehensus est pes
eorum. Cognoscetur dominus iudicia faciens in operibus ma
nuum suarum: comprehensus est peccator. Conuertantur peccatores in in
fernum omnes gentes que obliuiscuntur deum. Quoniam non in fi
nem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peri
bit in finem. Exurge domine non confortetur homo: iudicentur ge
tes in conspectu tuo. Constitue domine legislatorem super
eos ut sciant gentes quoniam homines sunt. Ut quid domine
recessisti longe despiciens in opportunitatibus in tribula
tione. Dum superbit impius incenditur pauper: comprehendun
tur in consilijs quibus cogitant. Quoniam laudatur peccator in desi